Quelle: https://manuscripta.at/?ID=128
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



87

quartus qui ex uniuersali negat. et parte affirmat particulare. scilicet colligens negatiuam. ut in hoc qq; silloo. Nam hic q; particulare colligit negatiua. id est. b. terminus de quodam. c. termino non predicari. ¶ Quartus modus sede figure qui ex uniuersali affirmat et parte negat particulare colligit negatiua. Nam si. a. terminus in omni. b. termino sit et de quodam. c. termino non predicabitur. Sit enim. a. bonum. b. iustum. c. malum. Si quis dicat. omne iustum bonum est. quodam malum bonum non est. concludit quodam ergo malum non est iustum. Hec autem complexio atque ordo ponunt per conuersionem non posset approbari. Qualem enim affirmatiua sibi ipsa conuertere non potest. Monstrat ergo iste sillogismus ex prima figura non per conuersionem si per impossibilitatem. quin si particularis exclusio negatiua in hoc sillo non concludit. aliquodens inconueniens impossibileque sunget. Si hi impossibilitas per primam figuram demonstrabitur. Dico enim quin si. a. terminus de omni. b. termino predicetur et in aliquo termino. c. non sit. talem colligi exclusionem. ut. b. terminum de aliquo. c. termino non predicet. Nam si hoc falsum est huic consentiens propositio uera erit. Particularib; enim negatiuis uniuersales affirmatiue consentiens sunt. ut superiore libro docuimus. Si ergo hic particularis negatiua exclusio non est erit quale affirmatiua. Sit gratialis affirmatiua et. b. terminus de omni. c. termino predicetur. Et. a. terminus de omni. b. termino predicetur. et. a. terminus de omni. c. termino predicabitur. quod fieri non potest. Ita. ut. a. c. ponentes prius posuimus. ut diceremus. a. terminum de quodam. c. termino non predicari. hoc ergo ostensum est. per primum modum primae figure. Et in secunda figura omnis sillogismus in perfectus erit et omissis probatio eius aut per conuersionem in primam figuram reducitur aut ex hypothetica disponere per impossibilitatem et primam figuram aliter non posse fieri monstratur. Et alias quoque ostendit per impossibile probantur quod paulo post demonstrabitur. ¶ Restat ut omnes quinque figure modos atque ordines explicemus. Illud primum iudendum est quod in tertia figure modo uniuersalis exclusio colligit uniuersalem si si negatiue et affirmatiue fuerint collectione particulares semper erunt. nunquam et gratialis. Est autem tertie figure modus primus hic. qui ex duabus uniuersalibus affirmatiuis particulare colligit affirmatiuum. Nam si. a. et. b. terminum de omni. c. predicent. a. terminus de quodam. b. terminum predicabitur per conuersionem. Nam si. b. terminum de omni. c. termino predicabitur et uniuersalis affirmatiua particularis sibi ipsa conuertitur. c. terminus de quodam. b. termino predicabitur. ¶ Quod si ita est fit tertium primae figure modus qui ex uniuersali et parte affirmatiua colligit.